



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

108 Privilegium concessum monachis super immunitate tutelae non suffragatur si vagentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

sum curam, illiusque exercitum, & sacramentorum administrationem respi-
ciunt, quam, tanquam Sedis Apost. de-
legati, gratis & absque ulla ejusdem
Religionis rectorum, & ministrorum
impensa, & onere facere possunt, ut in
ead. Bull. Pij V. cap. 139. incip. expo-
seit, & Gregor. XIII. cap. 88. incipien-
tibus sedes.

¹⁰⁶ Secundò limitatur, + quoad perso
nas vicariorum, militum, capellanorum,
ministrorum servientium, adscriptorum,
colonorum, procuratorum, ac familia-
rium eorundem, qui ecclesiis, aliis-
que locis dictorum militum ac non ser-
viant, & intra eorum domos non resi-
dent, nec sub eorum obedientia vi-
vunt, & qui legitime, ac secundum
regulam dictæ Religionis professionem
non fecerunt, contra quos Ordinarii,
tanquam Sedis Apostolicæ delegati, ha-
bent jurisdictionem, & procedere pos-
sunt, concil. Trid. cap. 11. de refor.
sess. 24. & Bull. Greg. XIII. cap. 67.
incip. circumspecta in omnibus. & fuit
decisum à sacra congreg. concil. ut in
decis. manu script. mibi 146. quæ limi-
tatio oritur, etiam ex dispositione eorum-
dem privilegiorum ejusdem Religionis,
¹⁰⁷ quibus caverunt, + quod privilegiis tan-
tummodo gaudeant, qui à Magno Magi-
stro, seu de ejus licentia habitum su-
sciperunt, & professionem emiserunt,
nec vagabundis suffragentur. eo. Bull.
Pij IV. fol. 669. ante medium. vers. quod-
que illi, quia privilegia sunt concessa
principaliter in favorem Religionis, &

secundariò, personarum, quæ illi
inserviunt.

Non viventes autem sub obedientia,
nec inservientes, minusque residentes,
aut legitime non professi, privilegiis
gaudere non debent, quia cessat cœla,
ob quam fuerunt concessa. cap. cum ces-
sante de appell. Felyn, in cap. cum acces-
sissent. num. 24. const.

¹⁰⁸ Ideo privilegium + concessum mo-
nachis, licet non sint clerici, super im-
munitate tutelæ, procedit, si in ecclesiis
commorentur, non autem, si vagentur
cap. generaliter, & ibi glo. in ver. deva-
gantes. 16. quest. 1. & propter officium
¹⁰⁹ + datur beneficium, sed sceminas sibi
concubinas, ut sponsas eligentes, & ob
fornicationem officium dimittentes, a-
mittunt beneficia. cap. si quis sacerdotum,
& cap. eos etiam 8 z. dist. + Et cum pa-
rochiales conferantur, ut parochi per
ipsos deserviant, & resideant, non re-
sidentes sunt beneficiis privandi, cap. quia
nonnulli, & cap. relatum. de cler. non resid.
Conc. Trid. cap: 1. post med. ver. eadem
omnino. sess. 23. de refor. & Pius V. in Bull.
¹¹⁰ cap. 64. incipien. cupientes, + Quia et-
iam beneficia dantur, ut ecclesiis inser-
viatur, si quis beneficiatus fuerit ex-
communicatus proventus Ecclesiastici
sunt ei subtrahendi capitulo pastoralis. in fi-
ne, de appellation. & cap. latores, de cleric.
excomm. vel depos. quia, cum sit extra ec-
clesiam, nomine Ecclesiæ nihil potest
possidere. cap. quo jure. vers. item rele-
vantur. 8. dist. cap. eos qui 32. dist. & cap
quod autem 23. quest. 7.

DE

